

publicis, queat procedere; & quando pena imponenda delictis commensuranda est, & aliis pluribus, integrum tractatum feci de visitatio. Socinus Pavinus etiam in cod. tr. & Zerola in verbo, versc. 1. & 2. p. & post Concil. Trid. in d. locis, & alii, declarationes Cardinalium super his, & Doctores superioris relatos, apud quos omnes de difficultibus materiae tibi satisfacies, quas omittit, quia nostri instituti non est ultra jam dicta.

68 Unum tamen non dissimulabo, quod Episcopo visitanti afferenti, se super aliquo casu processisse, seu procedere per visitationem, quando de contrario non apparet, creditur, ut appellatio non faciat attentata, quia hoc pertinet ad officium suum, & convenit haec interpretatio subjecta materiae visitationis, ut ita fuit tentatum per Rotam in una Concordie. Decanatus 16. Junii 1570. Quam sequutus Lancel. testatur, de attest. 2. p. c. 12. limit. 18. n. 8. ex qua etiam deducit, ut hoc non solùm procedant in his, quae actuali visitatione per ordinarium gesta sunt, verum etiam in iis, quae ratione visitationis, per eum dicentur fieri, à quibus si appellatur, & appellatio pendente, ad executionem deve- nit, non dicentur attenta, & probant etiam d. Trid. decreta, ubi de visitatione aut morum correctione agitur, &c. d. c. 10. & vide etiam supra citatos Authores.

Horum autem morum, quae sub hac fraterna & potentiali correctione, & emendatione cadere assolent exempla nonnulla constituere poteris, bonum exemplum; & scandalum fugiendum, respicientia. Etenim nihil est quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt; cum enim à rebus seculi in altiore sublevati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos configunt, ex eisque sumunt, quod imitantur, quapropter sic docet omnino clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestus incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nihil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant, levia etiam delicta (quae in ipsis maxima essent) effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant veneracionis motum.

Cum igitur quo majore in Ecclesia Dei & utilitate, & ordinamento hac sunt, ita etiam diligentius sint observanda; statutu sancta Synodus, ut quæ alias à summis Pontificibus & sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu doctrinæque retinenda, ac simul de luxu, coemulationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, vel secularibus negotiis fugiendis, copiosè ac salubriter sancta fuerunt, eadem, in posterum iisdem penit, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, obseruentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse competenterint, ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri, studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas Deo vindice, penas persolvant: ita decrevit sacrosanctum Trid. Concilium 22. de reform. c. 1. Alia etiam exempla apud Doctores relatos invenies, & posui in unum compilata.

70 Et illud obiter notandum; quod quando est appellatio permitta à correctione, seu visitatione, puta, propter excessum (ut supra diximus) debet exprimi causa gravaminis, sive agatur in judicio, sive extra judicium, sive ante sententiam, sive post sententiam, Scaccia in tr. appell. q. 17. limit. 36. n. 13. Philip. Franc. in q. ad nosfram 3. sub num. 3. & 4. de appellat. illam reddentes rationem: quia quando jus resistit appellatio nisi in certo casu speciali, tunc appellans debet illum exprimere casum, ut sic appareat, appellatum esse in casu permesso, cui regula non resistit.

CAPUT XVI.

A sequestro, ejusque relaxatione: sive etiam à deposito, vel ejus remotione; appellatio interpositæ an non deferens vim judex faciat.

SUMMARIUM.

- 1 Sequestrationis decretum est interlocutoria.
- 2 Sequestratio regulariter est prohibita.
- 3 Sequestrum regulariter recipit appellacionem, etiam absque causa expressione.
- 4 Gravamen se constat juris presumptio, seu allegatione juris appellacionem requirit aliam causa expressione.
- 5 Sententia ubi demonstrat causam jure reprobatam, alia appellatas non tenetur exprimere, cum illa notoriè confit.
- 6 Actus contra legem prohibentem est nullus ipso jure.
- 7 Juris resistentia efficax est ad prohibendam appellacionem.
- 8 Legitimum dicitur, quod lege probatur, & faciet.
- 9 A sequestri attentati denegata revocatione appellatio deferendum est.
- 10 A sequestro attentato appellatio pendente licita est.
- 11 A possessione & fructuum perceptione non debet quis desistere lite pendente.
- 12 Sequestrum quando necessitatur judex, apponere plures referunt causas, remissive.
- 13 Sequestrum ex justa causa ex officio potest judex apponere etiam in causis, quibus denegatur ad instantiam partis.
- 14 Sequestrum apponitur in beneficialibus, maximè etiam in instanti dilapidationis ratione, quando timetur ne fructus possint recuperare.
- 15 A sequestro non datur appellatio, quando rex apponit iubet præcipue, non remissive.
- 16 Clem. 1. de sequest. poss. & fruct. & de ejus materia & intellectu, remissive.
- 17 A sequestro imponendo vigore d. Clem. 1. de seq. poss. appallari non licet.
- 18 Sequestrum quando sit apponendum in beneficiis reservatis ab ordinario provis.
- 19 Sequestrum apponendum in beneficiis reservatis non suspenditur per appellacionem.
- 20 Sequestrum apponitur legis præcepto portu ab ipso, quam à judice apponitum censetur, & à legis dispositione non licet appellare.
- 21 Sequestri remedium dicitur cautio, per quam regulariter cessat.
- 22 Sequestrum non evitatur per cautionem, quando à lege apponi mandatur, secus quando simpliciter permitit.
- 23 Gravamen legis non est gravamen, à quo non appellatur.
- 24 Sequestrum ex Clem. 1. de sequest. poss. non recipit appellacionem, quia à lege non judice juris executori impositum intelligitur.
- 25 Sequestrum ubi permititur, judicis arbitrio appellacionem admittit.
- 26 Sequestri mandatum ob periculum fuge debitoris non suspenditur per appellacionem.
- 27 Periculum abi est in mora, appellatio non suspenditur.
- 28 Periculum quando est in mora, receditur à juris regulis.
- 29 Sequestri decretum requirit partis citationem, & cause cognitionem.
- 30 Sequestri revocatur de facto, si ex obruto fuit appositum.
- 31 Sequestram ubi apponitur ob periculum in mora, citatione non est necessaria, nec juris solemnitates.
- 32 Sequestrum ob periculum postum sine citatione, non potest revocari, & relaxari absque ea.

Sequestrum

Pars II. Cap. XVI.

313

- 33 Sequestrum appositum propter scandalum, & rixam vitandam non recipit appellacionem, nec per eam suspenditur.
- 34 Ob sequestrum possessio non amittitur, sed retinetur.
- 35 Sequestrarius ex consensu partium possidet, datus autem à judice nullatenus.
- 36 Sequester depositarius aut conductor ad longum seu modicum tempus, an & quando possit presentare.
- 37 Sequestrarii rei aut beneficii fructus referuantur vincenti in fine litis.
- 38 Damnum magnum non est in mora modici temporis.
- 39 Sequestratis fructibus non sequestratur possessio, qua per alios actus potest continuari.
- 40 Descriptio bonorum non suspenditur per appellacionem, & ad quem effectum fiat.
- 41 Descriptio bonorum nemini prejudicium facit, & sic facile fit.
- 42 Descriptio bonorum permittitur, etiam quando sequestram prohibetur.
- 43 Descriptio, per quam bona incorporantur fisco, non permittitur lite pendente, secus de descriptione ad probandum, & liquidandum.
- 44 Descriptio bonorum contra delinquentes hodie non est in usu.
- 45 Actus qui licet geri possunt lite pendente, possunt & post appellacionem.
- 46 Descriptio bonorum permittitur appellazione pendente, ut faciliter fiat executio, & probatio fructuum.
- 47 Descriptio bonorum non auferit possessori liberam eorum, & fructuum dispositionem, cum solùm tendat ad probacionem & liquidationem.
- 48 Descriptio bonorum debet fieri, ubi est periculum dilapidationis & subtractionis, etiam ubi est prohibita sequestratio.
- 49 Sequestri restituendi sententia non recipit appellacionem.
- 50 Sequestri redditum decretum est interlocutoria merè.
- 51 Sequestrum relaxatur, & tollitur statim, quod aliquis possessor declaratur.
- 52 A deposito factò per judicem appellacioni non defens an vis fiat.
- 53 Depositum, & sequestrum idem & promiscue usurpantur in jure.
- 54 Sequestrum est judiciale depositum.
- 55 Inter sequestrum judiciale & depositum extrajudiciale qua sit differentia, ibid. remissive.
- 56 Sequester in omnibus depositario equiparatur.
- 57 A sequestri, aut depositi denegata revocatione appellatio an sit deferendum.
- 58 Distinguitur.
- 59 A sequestri revocatione legitimè facti licita est appellatio.
- 60 Secus ubi nulliter factum sit.
- 61 Prohibetur quid, cum prohibentur omnia, per quæ pervenitur ad illud.
- 62 Solemnitas requisita actu construendo, eadem requiritur ei destruendo.
- 63 Sequestri revocatio non suspenditur per appellacionem quando cessat causa sequestri, aut depositi.
- 64 Sequestrum appositum juris dispositione, non finitur nisi per sententiam transactam in rem judicatam.
- 65 Sequestrum ut tollatur, requiritur sententia executio, cum alter lis non dicatur finita.
- 66 Et quid quando sequestrum apponitur judicis officio, & ejus arbitrio.
- 67 Sequestri loco data cautio de re non baratanda, & restituenda, durat post rem judicatam.
- 68 Sequestrarius semel electus non potest removendi, nisi ex nova causa.
- 69 Depositarius munus suscepit sequestri non potest depolare, nisi iussu judicis, aut alia iusta causa superveniente.

Salgado de Prost. Reg.

D d

vers.

vers. sed in appellatione. Philip. Franc. in d. cap. cordi. 4. limit. quos refert Cassiodorus ubi proxime, sub num. 2. rationem reddentes, quia quando constat de gravamine juris præsumptione, vel per allegationem juris, ut si judex mandat sequestrum fieri (quod est regulariter prohibitum) non requiratur cause expressio, ut ex Bald. in d. minis. ubi Paul. Castren. col. 1. in fin. vers. & dicitur hic. n. 7. Philipp. Franc. in c. 1. col. 3. ad medium. vers. 3. limit. n. 7. de appell. in 6. Gratian. discept. forens. 2. tom. c. 232. n. 27. & seqq. Franch. in c. ut debitus q. 11. num. 22. Cardin. Alexand. sub n. 41. vers. stat. ergo regula fallen. 3. de appell. & idem Franch. in c. 1. sub n. 7. eodem tit. Scaccia cod. tract. q. 4. n. 34. vers. amplia banc restitucionem, & q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 216. sublim. 6. Caesar. Conrard. in leg. unic. q. 1. n. 49. vers. si declarata. Csi de momentaria pess. Lancel. tractat de attent. 2. p. 12. limit. 1. n. 33. & lim. 5; n. 42. & 43. dicentes quod cum de hoc gravamine constat per allegations juris, & ejus præsumptione (cum regulariter sit sequestratio prohibita) ideo alia gravaminis expressione non est necessaria, cum in re tam aperta, & evidenti supervacua, sit licet aliqui contrarium dicant, ut est videre per Scacciam d. q. 4. à n. 34.

5. Et comprobatur, quia quando ex tenore, forma, & inspectione sententiae verè constat de gravamine, puta quia in ea exprimitur justa causa, vel reprobata à jure, tunc isto casu notorieras excusat etiam ab onere proponenda causæ. Franc. in cap. ut debet q. 10. n. 21. & ibi Card. Alexand. n. 41. fallen. 2. de appell. & ipse Franch. in d. c. 1. sub n. 7. de appell. in 6. Lucas Pæt. in præt. Capitol. lib. 5. lim. 4. Capitius decif. 1. sub n. 21. & 22. Lancelot. de atten. 2. p. 12. limit. 33. n. 40. & 41. Scaccia ubi proxime d. q. 4. n. 34.

6. Primo probatur, quando lex resistit aliquid fieri, prohibendo, si actus sequatur adversus legem prohibentem; est nullus ipso jure; l. non dubium, ibi, ut ea quæ fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum iniuria sed pro infectis etiam habeantur; & ibi, nullam contractum inter eos videri volumus subsequuntur, qui contrahunt lege contrahere prohibente, & l. jubemus, & sanè C. de sacrosanct. Eccles. l. prohibitus, C. de jure fisci, licet sententia de sequestrando sit interlocutoria, & propterea non appetetur, in d. executionem mereatur: tamen quando nulla est, ipsum privilegium amittit, l. 4. §. condemnatum de re judicata, appellationeque ab ea pendente attentatum exequendo fieret violentia, juxta ea quæ exacte dixi infra 3. p. 6. 9. à principio.

7. Deinde, quia sicut resistentia juris apta est, & efficax causa prohibenda & emendata appellationis, Rota decif. 234. alias 35. de appell. in noviss. Caputaq. d. c. 228. 1. p. n. 2. & per tot. similiter, & à fortiori per contrarium ipsa juris resistentia eam debet admittere, quando scilicet; in favore appellantis resistit contra factum & gravamen, quia contrarium eadem est disciplina, & ita in simili casu argumentum Marq. tract. de commiss. 2. p. c. 2. n. 36. fol. 249. promptior si quidem lex est in appellatione admittenda, quam regulariter & in dubiis semper admittit; quia in prohibenda, maxime quoniam hæc talis appellatio juris habet præsumptionem pro se, ut dictum est, & ideo omnimodo licita judicanda erit. Enim verò legitimum est generaliter ex justa causa sibi bene visa ex officio apponere sequestrum etiam in aliis ceteris casibus, in quibus sequestratio ad instantiam, partis apponi non potest Bart. in l. Imperatores, §. fin. num. 3. ff. de appellat. Beroius cons. 1. 6. n. 6. lib. 3. Calv. decif. Fivizana 23. sub n. 34. vers. iudex tamen ex officin. Lancelot. de attenta. 2. p. 12. limit. 11. n. 26. & idem in 3. p. c. 29. n. 148. & 149. ubi dicit, quod Rota generaliter ex causa sibi bene visa solet devenire ad oppositionem sequestris: præsertim quando constat de attentatis, tenet etiam Caputaq. decif. 151. & 157. p. 3. Rota decif. 10. n. 4. ad medium & per totam, ut lite pendente.

& fructu. Curtius in tract. de sequestro q. 1. limit. 1. Reb. in 3. tom. tract. de sentent. execut. gloss. 4. n. 5. fol. 232. Et hujus rationem ipsi reddunt Doctores, quia cum lex mandat apponere aliquo casu sequestrum, quia potius impositum dicitur ab ipsa lege, quam ab homine, & judex apponendo id, legem exequitur obtemperans tanquam ejus executor, à legis autem dispositione non est licita appellatio, nec à judice eam exequente, l. fin. de appell. recip. c. consil. 3. de appell. text. in c. relatum de cleric. non res. Navarr. in repetit. c. cum contingat, 1. causa nulli fol. mibi 151. Bernard. Diaz. regul. 6. 5. Gratian. reg. 35. Bobad. in poli. 3. c. 8. n. 278. & diximus in c. præced. & plures in discursu, & propterea nec à poena legis appellatio admittitur, l. si qua poena 244. ff. de verbis. signif. c. quia nos 32. & ibi gloss. in d. fin. de appell. gloss. communiter recepr. in c. cupientes de electione lib. 6. in §. quod si, verbo privatos, Bald. in l. 1. C. ne ex delict. defunctorum. Et hinc fluit, quod licet regulariter sit verum, ut se-21 questrum evidentiter cesser oblatum, & praesita cautione, que dicitur medicina sequestrii, l. sonat, in fin. ff. de offic. presidis, l. si fidejuss. §. fin. ff. qui satisfare coguntur, quia cautio subrogatur leco sequestrui, Caesar de Grassis decif. 3. n. 4. de fidejuss. Bernard Diaz. in regul. 6. 8. 5. questrum evitatur. Azevedius in l. 1. num. 4. & 5. tit. 1. 2. 3. recopilat. text. in c. de sequestris poss. & fruct. cum ibi notat ab Ab. Sahagum & alius, Marescot. var. resol. lib. 2. c. 77. num. 16. tamen locum habet duntaxat, quando sequestratio à lege, vel canone judici apponenda permittitur; non verò procedit, quando à lege præcipitur, & fieri mandatur, ut in casibus d. Clem. 1. & Piane constitutionis, que incipit, cordi nobis est, que est in Bullario 67. que est inter constitutiones Pii V. mandantis sequestrati fructus in casu de quo loquitur, adverturnt expresse Nicolaus Millis in repert. verbo sequestrum ubi est fiendum, allegat Joan. Andream in addit. ad Specul. in rubr. de sequestris poss. & fruct. vers. & nota. quod licet regulariter. Vestrius in praxi l. 7. c. 2. n. 9. Hieron. Gonzal. ad §. proemiali num. 79. loquendo in terminis constitutionis Pii V. superius allegatae, & loquendo circa dispositionem clem. 1. ultra citatos, quod in casu illius text. non possit impediri sequestrum per cautionis oblationem tener expresa ratione hac Cardin. ibi n. 29. c. 232. n. 16. & post Joan. Andream in addit. ad Spec. in rubric. de sequestris poss. & fruct. vers. & nota, quod licet regulariter. Millis & Vestrius locis prox. citatis. Marescot. var. resol. lib. 2. c. 77. n. 17. Et ideo concludere potes, quod appellationi emissæ à mandato de sequestrando eo casu, quo à lege fieri mandatur, seu præcipitur, non deferens judex vim facit ut ex adductis rationibus. Et quia cum hujusmodi sequestrum imponatur potius ab ipsa lege, quam ab homine: & judex nihil aliud facit, quam legem exequi; ideo appellatio ab eo non suspendit executionem, sequestrari tanquam ab executori.

Etenim gravamen legis, non est gravamen. Bald. 23 in c. ad nostram, col. 1. de appell. quia leges omnes obediunt debent, §. arripiunt. authent. ut omnes obediunt jud. prævin. unde non mirum, si appellatio prohibetur, Rebuff. in l. si qua poena in princ. vers. namque harum de verbis signific. Et in terminis, hac nostra ratione hoc ipsum affirmat Gratian. in discept. forens. tom. 2. c. 232. à n. 19. ubi dicit, quod in casu d. Cle. 1. de sequestris poss. & fr. ideo 24 potest exemplum reddi in l. Imperat. §. idem rescripsentur ff. de appellat. ubi mandat res sequestrari, quando aliquis appellat ab executione, seu executoris excessu, etiam non sit suspectus propter magnam præsumptionem, que est contra hunc appellatum; ut faceret causa differenda executionis. Cardin. in d. clem. 1. q. 22. ut post Inol. in d. §. rescripsentur, declarat Æmilian. cons. 77. Divi. n. 37. & 48. Panorm. in c. 2. de sequestris poss. Salgado de Protest. Reg.